



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1847**

CXCI. Der Bischof Otto von Hildesheim beauftragt den Abt des Johannisklosters bei Magdeburg das Interdict gegen das Domcapitel in Brandenburg zurückzunehmen, am 25. Juli 1326.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54048](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54048)

tendo firmiter obligamus, nos facturos et curaturos, quod futurus dominus noster archiepiscopus ratam et firmam habebit compositionem amicabilem prelibatam ac omnia et singula, que continentur in ipsa, nec ulla causa vel ingenio compositionem huiusmodi per se vel per alium aut alios violabit. In cujus compositionis et promissionum et contentorum in ipsis et eorum observationis inviolabilis testimonium nos Hinricus prepositus et capitulum Magdeburgense, presentes litteras scribi fecimus ac sigillorum nostrorum appensione fideliter communiri. Actum et datum Magdeburgi, anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVI<sup>o</sup>. in die beati Jacobi apostoli.

Nach dem Originale.

**CXCI.** Der Bischof Otto von Hildesheim beauftragt den Abt des Johannisklosters bei Magdeburg das Interdict gegen das Domcapitel in Brandenburg zurückzunehmen, am 25. Juli 1326.

Otto, dei gratia Hyldenfemensis ecclesie episcopus, iudex et conservator reverendi domini archiepiscopi et capituli ecclesie Magdeburgensis a sede apostolica deputatus, viro sincero, domino abbati monasterii Sancti Johannis baptiste extra muros Magdeburgensis intimam in domino charitatem. Supplicarunt nobis honorabiles viri, dominus prepositus et capitulum Magdeburgensis ecclesie jam dicte, quod cum compositionem amicabilem super diversis diffencionum articulis inter ipsos ex parte una, ac honorabiles viros, dominum prepositum et capitulum nec non ceteros prepositos, prelatos et clerum ecclesie et diocesis Brandenburgensis ex altera, nuper, ut dicebant, favorabiliter ordinatam posset revocatio et amotio quarundam sententiarum suspensionis, excommunicationis et interdicti per scolasticum ecclesie Sancte Crucis auctoritate apostolica subdelegatum a nobis, occasione diffencionum huiusmodi prelatorum observatione stabili roborare, ut nos sententias eisdem amovere et revocare, prout de jure nobis competit, dignaremur, precipue ex hac causa, quia eedem sententie beneficio appellationum precedentium rite suspense dicuntur, a prefato scolastico promulgate. Cum itaque multiplicibus negotiis, quorum instantia oportuna nos vacare non sinit, arctius prepediti, petitionem dominorum, prepositi et capituli Magdeburgensis ecclesie supradicte intendere nequeamus, prudentie vestre, de qua sinceram in domino fiduciam obtinemus, vices nostras super absolutione et revocatione sententiarum superius memoratarum tenore presentium duximus committendas, ut ad ipsas faciendas et publicandas ratione previa procedatis, quancumque prefatis dominis, preposito et capitulo ecclesie Magdeburgensis, placuerit, et ex parte dominorum prepositi et capituli Brandenburgensis ecclesie fueritis requisiti. Datum Sthurwolde, die beati Jacobi apostoli anno domini M<sup>o</sup>. CCC<sup>o</sup>. XXVI. sub nostro sigillo pendente.

Nach einer Copie im alten Copiarie.

**CXCII.** Der Abt Bodo des Johannisklosters bei Magdeburg nimmt das Interdict gegen das Domcapitel in Brandenburg zurück, am 3. Aug. 1326.

Bodo, dei gratia abbas monasterii sancti Johannis baptiste prope muros Magdeburgenses a reverendo patre, domino Ottone Hildesfemensi episcopo, conservatore et iudice